Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bis quoq: peccatoribus famulis tuis de multitu
dine miserationū tuarum sperantibus partem
aliquam. ⁊ societatem donare digneris. cū ſcis
tuis aplis. & martyribus. Cum Iohanne. Ste
phano. Matthia. Barnaba. Ignatio. Alexā
dro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua.
Agatha. Lucia. Agna. Cecilia. Anastasia.
Et cum omnibus sanctis tuis intra quorum
nos consortium non estimator meriti. sed uenie
q̄s largitor admitte. Xpm̄ dnm̄ nr̄m. Per quē
hec omnia dn̄e semper bona creas. Sanctificas.
Uiuificas. Benedicis. et prestas nobis. Per
ipsum. et cum ipso. ⁊ in ipso. est tibi deo patri
omnipotenti in unitate spc̄ sc̄i. omnis honor et
gloria. Per omnia secula sclorum. Amen.
Oremus. Preceptis salutaribus moniti et di
uina institutione formati audemus dicere. Pa
ter noster qui es in celis sanctificetur nomen
tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uolun
tas tua sicut in celo et in terra. Panem nr̄m
cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nob